



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio Perfectionis Libri Dvo**

**Crombecius, Johannes**

**Mogvntiæ, 1614**

XXXV. Spem præclarum instrumentum esse Perfectionis, ad difficultates  
magnas superandas, arduaue aggredienda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

Isa 55.

quas euertere nulla poterit humana industria. Non enim cogitationes mea, cogitationes vestrae. *via vestra, via mea, dicit Dominus; quia sicut exaltatur caeli à terra, sic exaltata sunt viae mea à viis vestrae.*

Num. 23.

Non enim est Deus quasi homo, ut mutetur: nos vero mutabiles esse necesse est, quia fundamenta mobilibus nitimur; Deus vero aeternus statum ea in aeternum & in saeculum saeculi: *preceptum posuit & non praeceperit.*

Psal. 148.

Fidei Pra-

xii.

213. Expediit ergo, ut studiosus PERFECTI-  
NIS, inter prima Negotiationis exercitia, hanc virtutem verferet, ac animum excoquo utilius spiritualia concipiat atque apprehendat: est enim instrumentum commune ne quo ceterae virtutes nec haberi nec exerceri possunt; meritoque dixit S. Paulus, *Sine fide impossibile est placere Deo.* non tantum ubi quis circum se sem hallucinatur, vel Christi fide caret: sed quia nullum opus, quod fide non nitatur, dignum ac meritorium esse possit: crescit vero multiplicatis actibus. lumen illud, & facilitas spiritualia exercendi confert: & quia opus supernaturale est, auget gratiam & caritatem; quo frequentius eo utimur, eo spiritualiores evadimus.

## C A P. XXXV.

*Spem praeclarum instrumentum esse PERFECTI-  
FECTIONIS, ad difficultates magnas superandas, arduas, aggredienda.*

Spem necessariam esse ad mag-

214.

**I**nter virtutes quibus caritas utitur ad hostes suos expugnandos, ad difficultates super-

perandas, ad ardua quæque aggred'enda ac *gnas res ge-  
rendas.*  
 erfic. éda, spei virtus facile primum locum ob-  
 met. Sine ea languescit animus, vires labant,  
 ypeum hastamque sæpe abiicimus. cum enim  
 ne Dei auxilio omnino nihil aggredi, ne dicam  
 erfi. ei valeamus; aberit haud dubie auxilium  
 spes abfuerit, quæ illud imploret: nec Deus  
 e confuevit, nisi imploremus, omnemque  
 em nostram in eum coniciamus. Hic gladius *Iudic. 7.*  
 Bedeonis est, qui conterit castra Madian; ru-  
 res, ferrum, æs penetrat; nihil tam forte, tam  
 etum, quod illa omnipotentis viribus non  
 minuat; nihil adeo inuium & inaccessum,  
 quo non perumpat ac peruadat. Vos, ô gene-  
 aci in clyti Dei pugiles, inuito ad tantæ glo-  
 ac Negotiationis locietatem; magnæ vos o-  
 pes manent, magna retributio.  
 Moneo tamen viam esse difficilem, ar- *Multa iis  
patienda,  
qui pro  
Christo  
praclara  
quaque  
aggredi cu-  
piunt.  
Iudic. 7.  
Deut. 20.*  
 am, multis laboribus obnoxiam, periculis  
 septam, calamitatibus obuiis valla am, hostium  
 celis vndique obsitam. multa enim toleranda  
 sunt, cum in corpore & animo, tum in fama,  
 honore, bonisque omnibus. Si mericulosi, si  
 qui molles sponfarum amatores, si qui de gene-  
 res animi, ab hoc certamine remittantur domū  
 hostes nostri magni, formidandi, horrédi sunt;  
 si tamen animus non desit, non deerunt vires,  
 quibus illi ipsi cædantur, aut in turpem fugam  
 vertantur.

Hoc in primis vobis animos addat, non de- *Solatia nõ  
desse iis  
strenue pro*  
 fore solatia; quæ expectatione præmiorum ta-  
 ta sunt, vt eorum partem exiguam nulla mens,  
 Ooo 5                      nulla

Christo laborant.

Rom. 8.

2. Cor. 4.

1. Cor. 2.

Isa 64.

Prov. 13.

In Septen-

tiis D. Pro-

speri, n. 93.

Operum 8.

Aug. 10. 3.

Spes futu-

ra retribu-

tionis cer-

ta solatur

in tribula-

tionibus.

In expos.

Pf 96. sub

finem.

Ioan. 16.

Luc. 21.

Act 14.

nulla vis ingenij, nulla eloquentia non dicam  
explicare, sed ne minimum quidem adhibere  
valeat. Non sunt enim condigna passiones huius  
temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis  
quod in presenti est momentaneum & leue tribula-  
tionis nostra, supra modum in sublimitate æternam  
gloria pondus operatur in nobis. nec oculus vidit, nec  
audiuit, nec in cor hominis ascendit, quod præparauit  
Deus iis qui diligunt illum. Spes quidem quæ diffusi-  
affligit animam; & nonnullis durum vitæ  
præmia laborum in futurum reseruat, & gra-  
tia huius vitæ multis misceri doloribus. Ita  
dem se res habet; sed momentanea sunt  
vitæ mala, nec suo solatio carent; certissima  
vero, quæ à Deo promittuntur. Augustinus  
argumentum tractans, Non te terreat, inquit,  
stiane quod credita differuntur. Licet in absconditis  
promissio, in spe tamen perseveret oratio. Exercentur  
tribus, cresce virtutibus. Dum fidei constantia probatur,  
gloria retributionis augetur. & alibi, Securus, ait,  
accepturum te vitam ipsius, qui pignus habes  
ipsius.

216. Nec terreri debemus horrore malorum  
quæ ingruunt iis qui hanc palæstram ingre-  
tur. Ita est: patiendum est. ita nos Christus  
nuit: Mundus gaudebit, vos autem contristabitur.  
mundo pressuram habebitis: Trahent vos ante præ-  
ad custodias, ad carceres: Per multas tribulationes  
portet nos intrare in regnum Dei. Nec putem  
giles nostri id in ære tantum sonare, sic vitæ  
rum capita fulmen hoc numquam decon-  
beat. Sane ita animo dispositi sint, vt, quod  
nem

temur euenturum singulis, sibi quoque euen-  
 rum certo constituant. quod si non eueniat,  
 arbitretur se ex dilectis Domini non esse, quos  
 illera beneuolentiæ suæ insignire solet: nam *Rom. 1.*  
 tribulatio patientiam operatur. patientia autem pro-  
 uationem, probatio uero spem. spes autem non confun-  
 dit. Oportuit pati Christum & ita intrare in gloriam *Luc. 24.*  
 suam. Hæc spei nostræ sunt fundamenta. si enim  
 necesse fuerit Christum pati; uiamque ad æ-  
 ternam felicitatem aliam non esse, sancti om-  
 nes suo exemplo testati sint; cur nos immunes  
 esse uelimus? In hoc spem nostram fundari uult  
 Augustinus. Factus est, inquit, Christus spes nostra.  
 In illo uides & laborem tuum, & mercedem tuam: *In Psal. 60.*  
 laborem in passione, mercedem in resurrectione. Sic *tom. 2.*  
 ergo factus est spes nostra. habemus enim duas uitas: sed  
 unam, in qua sumus, alteram quam speramus. In qua  
 sumus, nota nobis est: quam speramus, ignota nobis est.  
 Tolerari in qua es, & habebis quam nondum habes.

D. Basilius, Iter, inquit, facientibus per asper- *Hom. in*  
 rima quæque ac pane inaccessa loca, tedium subleuat *Psal. 1.*  
 laboris. spes certo proposita commodioris hospitii: ut *Similia.*  
 que maris periculo ausint se committere mercatores, *1.*  
 facit cupiditas paradarum mercium: & agricolis im- *2.*  
 minuit ac suffuratur labores spes futura fertilitatis. *3.*  
 Eam ob rem, qui nostram omnium uitam in commune  
 dispensat ac moderatur eximius doctor Spiritus ille ve-  
 ritatis solerti sapientia & artificii consilio initio sta-  
 tim mercedem ponit ob oculos; ut laboribus, dum in  
 manibus sunt, ueluti iam transmissis, tota mente  
 ad bona, quæ in cælis reposita nobis sunt, auidius pro-  
 peremus.

Chry;

Lib. 3. de  
provid. Dei  
in initio,  
tom. 5.

Chrysoſtomus autem eleganter ( ut ſolent ) hoc argumentum proſequitur. Dic oro, inquit, ſi quis te ad regnum terreſtre & imperium vocat, atque ante ingreſſum eius ciuitatis, in qua coronatus eſſes, in ſtabulum d. uertere neceſſe eſſet. vbi latrocinium ac ſimi, viatorumque tumultus eſſet. & latrocinii perturbatio, ſummaque preſſura & anguſtia: non illa triſtia cogitatione cõuertereris? an non illa, quæ quaſi nihil eſſent, gaudio & ſpe regni contentum perquam igitur ineptum & indignum eſt, terrarum mortalibusque rebus potiturum, nihil huic, quæ intra incidere, contrahi: æterni autem regni ſpe d. & erectum, atque ad cœlos accerſuum per ſingula in diuerſorio contigerint triſtia decidere atque parari.

In parane-  
tica epiſt.  
ad Valer.  
longe poſt  
medium.

5.

In eandem ſententiam appoſite Eucherii Lugdunenſis: Dirigendo eſt omnis animi intentio ſpem futuri; quam ſpem vt plenius & manifeſtius ſequaris, aperire eam etiam ſub alicuius exempli conditione non abnuam. Si cui aliquis quinque hodie re denarios offerat, quingentos vero aureos in ſpondeat, optionemque offerat, vtrum æs ad præſens mere, an aurum mallet in poſterum: dubiumne eſt præoptet grandia illa munera cum parua mora quoque, breuis huius atque æternæ vitæ conditione ſpecta, num eligas capere vilia, cum ſperare poſſe triſtoſa? Non eſt tanti ſumpſiſſe parua, quanti eſt expectare qua magna ſunt. Hæc ille.

217. Futuræ ergo retributionis, & quidem certiffimæ, ſpes animos vehementer accendit futuræ tamen, non præſentis vitæ. Iuvat illam ſperare, non præſentem optare, ſi rem Domini agerit.

gere velimus. Hic lætari bonisque affluere, & futura vita, non licet: alterum necesse est eligamus. Loquat confidenter incensis amore Christi Domini pugilibus. Coronarum, regnorum, gloriæ, voluptatis æternæ memoriam non nihil seponamus: tempus retributionis veniet, cum diuinæ videbitur bonitati; nunc vero sibi quisque dictum existimet, quod Iacob Iudæ filio bene precando dicebat: *Catulus leonis Iudæ: ad Gen. 49. Tradam, fili mi, ascendisti.* De bene merendo, de pugna, de prædis agendis, nunc quæstio est, in quibus multa fortiter excelsoque animo toleranda. E mundo, è manibus diaboli è carne nostra prædæ sunt captandæ & abigendæ: negotiandi tempus est, & de Domini nostri lucro cogitandum, non de præmio; viderit ipse, cuius causa negotiamur. Caritas præmium non quaerit, ipsa sibi præmij loco est. Spes multa patienti, multa pro Domino nostro perficiendi, insignis thesaurus est: illum quæramus, illum inueniamus, & bene se res habet. *Mandatum habemus ab illo: Negotiamini, dum venio. De spe itaque hic agimus, non quæ quietem spectat, & retributionem; sed quæ nos ad PERFECTIONEM assequendam, augendam, & illustrandam iuuat & promouet. Doctrina sublimis, Negotium arduum, Praxis difficilis. Tradenda tamen hæc est, & quidem sigillatim, facillique methodo, vt ab omnibus capiatur.*

Gen. 49.

De consolatione hic non esse cogitandum.

Luc. 12.